

2934 magna basis marmorea litteris ex parte evanidis. Rep. Praeneste anno 1778 *nel sito dell' antico foro* PETR., id est, ut idem significavit p. 92, *in quegli orti che restano alquanto superiori alla chiesa suburbana detta dell' Aquila*. Eodem loco prodierunt vult n. 2896. 2897. 2908. 2917. 2926. 2941. 2963. 2965. 2969. 2980. Sed hanc certe et n. 2917 FOGGINIVS repertas esse putavit ibi ubi prodierunt fasti Verriani, qui locus a Praeneste multo plus distat quam ille. — Romae in museo Vaticano MAR. Ibi extat (*Chiaramonti* a dextra).

IVLIANII · V_c

POSTVMIO · IVLIANO · C · M · V · OB · MERITVM · AMOREM · ET RELIGI
ONEM QVAM ERGA CIBES VNIVERSVS HABERE SATIS DIG
NATVS EST QVI QVAE TESTAMENTO SVO MEMOR
5 HONORIFICENTIAE N . . . AE · MEMORIAE RETI
NES TESTAMENTOQVE . . . SA CVI VOCABVLVM
EST FVLGERITAM TER . . . NESTINO NOBIS VNI
VERSIS CIBIBVS QVOS MAGNA ADFECTIONE DI
LIGEBAT RELIQVIT CVIQVE OB EADEM CONTEMPLA
10 TIONE DIGNISSIMO PATRONO CVIVS OMNES REQVI sic
MVS · DEFENSIONEM ET · VINDICIVM STATVAM PROMP
TO ANIMO ERIGENDAM CENSIVIMVS ADQ OB NIMIO
AMORE CIVICO SECVNDVM · IN ANNO VEL AMPLIVS VNIVERSI
CIVVES · PRAE · AEPVLVM CELEBRATVRI · EXPL · TESM · PARTIS
15 POS · IVLIANVS · V · C · SANVS SALBVS SANA QVOQ · MENTE IN
TEGROQ · CONSILIO MEMOR CONDICIONIS OMANE TESTAMENTV
FECI INTER CETERA CIVIBVS PRAE · OMNIBVS DARI BOLO EX
MASSA PRAE · KASAM CVI VOCABVLVM EST FVLGERITA
REGIONE CAMP · TERR · PRAE · ITA VT AD MEMORIM sic
20 MEAM PER SINGVLOS ANNOS SINE DV B IO COLANT
SPIRITVM MEVM ITA TAM VT CONLOCENT STATVA NOMIN
MEI IN FORO ET HOC IPSV EXPL · TESTAM · ASCRIBANT IBI ET NO
HABT · POTEST DEXTRAENDI VT SI QVADO ALIENARI BOLVERINT
FISCVS POSSIDEAT

in latere sinistro:

DEFVNTVS · XVI · KAL · DEC ·
DN · ARCADIO · AVG · ET · BAVTONI a. p. Chr. 385
VC · CONSS
DD · DIE · IV · NONAS
5 MAR · COSS · SS

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Foggini p. VII; Petrini p. 320 n. 19; E. Q. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 154, *musée Pie-Clémentin* (ed. Mediol. 1818) 4 p. 77; Marini inscr. christ. ms. (cod. Vat. 9072) p. 466 (sched. 5457). Orelli 4360; correxit Kellermann analect. epigr. (apud Orellium ind. lect. Turic. 1838) p. 44. Vv. 1—3 delineavit Huebner Exempl. scriptur. epigr. n. 755.

5 ante N paucas litteras periisse dicit Kellermann, non recte. — 22 NON Fogg. Petr. Visc.; nunc non extat nisi NO]. — 24 POSSEDEAT Kell.

Iulianii v. [c.] | Postumio Iuliano, c(larissimae) m(emoriae) v(iro), ob meritum amorem et religio(nem), quam erga cibes universus habere satis dignatus est; quiquae [= quique] testamento suo, memor | honorificentiae n[ost]rae memoriae reti[n]e(n)s testamentoque [suo — verba mem. ret. test. suo abundant — ka]sa cui vocabulum | est Fulgeritam ter[r]itorio Prae]nestino, nobis uni[vers]is cibibus, quos magna adfectione di[l]igebat, reliquit; cuique ob eadem contemplatione dignissimo patrono, cuius omnes requi[ri]mus defensionem et vindicium, statuum promp[ro] animo erigendam censuimus, adq[ue] ob nimio | amore civico secundum in anno vel amplius universi | civves Prae[ne]stini aepulum celebraturi. — Ex[em]pl[um] tes[ta]m[en]ti partis: 15 [Pos]t[um]ius Iulianus v[ir] c[lar]issimus, sanus, salbus, sana quoq[ue] mente in[te]groq[ue] con[s]ilio, memor condicionis omne[is] [= humanae], testam[en]tu[m] | feci. Inter cetera: [civibus Prae[ne]stini] omnibus dari bolo ex | massa Prae[ne]stina kasam cui vocabulum est Fulgerita | , 20 regione Camp[ania] terr[itor]io Prae[ne]stino, ita ut ad memori[am] | meam per singulos annos sine dubio colant | spiritum meum, ita tam[en] ut conlocent statua[m] nomin[is] | mei in foro et hoc ipsu[m] ex[em]pl[um] testam[en]ti ascribant ibi, et non | hab[ean]t potest[atem] dex[tra]endi [= distrahendi Visc.], ut si qua[n]do alienar[e] boluerint | , fiscus possideat. — Defuntus XVI kal. Dec[emb]res d[omi]no n[ost]ro Arcadio Aug. et Bautoni v[ir]o c[lar]issimo) cons. D[e]dicata? die IV nonas Martias co[n]sulibus s. s. Hoc si solvi debet, ut adsolet, s[up]ra s[cri]ptis, errore positum sit necesse est; nam sine dubio non eiusdem anni quo defunctus est, sed subsequenti mense Martio Iuliani statua dedicata est.

2935 fragmentum epistylly lapidis Tiburtini (*frammenti di una gola in travertino CIC.*) litteris altis cm. 3. Rep. Praeneste *nel borgo, nel fare una cloaca.*

l. quinctius l. f. le VCADO · CEPIT
eidem conso l · DEDIT

Descripsit Stevenson. Vinc. Cicerchia *bull. dell' Inst.* 1885 p. 57, *notizie degli scavi* 1885 p. 79.

V. 4 supplevit Stevenson *bull.* l. c. Vidit is dedicatum fuisse sub hoc titulo signum aliquod captum ex hostibus, vocabulo autem quod exit in *ucado* contineri sexto casu nomen oppidi hostium, similiter ut est huius Corp. vol. I n. 530 (= VI n. 1281) *M. Claudius M. f. consul Hinnad cepit*, vol. VI n. 1307 *M. Folvius M. f. Ser. n. Nobilior cos. Ambracia cepit*, supra n. 2601 *M. Fulvius M. f. Ser. n. cos. Aetolia cepit*; denique inter oppida capta a Romanis ea aetate cui soli hic titulus conveniat nullum nomen inveniri cuius stirps exeat in *ucad.*, nisi Leucadem Acarnaniae captam a Romanis anno u. c. 557 (Liv. 33, 17). Sane non fugit Stevensonium a Λευκάς Graecorum sextum casum aliter derivari debuisse; sed priscos Romanos vocabula Graeca ratione liberiore flexisse etiam aliunde constat. — Ceperat Leucadem L. Quinctius Flamininus, fratri minori T. Quinctio eo tempore legatus. Is potest dedicavisse titulum anno 562, cum ipse consul esset; unde supplevi v. 2; aliter Stevensonius, qui v. 2 refert ad T. Quinctium. — Ex Samo insula oriundum opus aliquod Theodori prisici artificis Romanis dominantibus Praeneste conspiciebatur, teste Plinio h. n. 34, 83; id potest eo venisse eodem fere tempore, quo hoc anathema, et simili ex causa.

2936 Praeneste fragmentum parvi epistylly inventum in cathedrali.

ONID
S · SEPTIMI anus
VC

Descripsit Stevenson.

2937 Praeneste effossa anno 1665 BARB.

L STATIO · L · F · STELLAT
PROSPERO · IVLIANO C · u
X · VIRO · SCLITIBVS
IVDICANDIS · ITEM
5 SEVIRO · TVRMAE
SECVNDAE
PATRONO · COLONIAE
AMATORES · REGIONIS
MACELLI · CVLTORES
10 IOVIS · ARKANI
L · D · D · D

Legitur in folio solitario nunc inserto codici bibl. Barberin. 29, 148 scripta manu ignota. Inde repetit Fabretti 411, 352; ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 167; Ceconi p. 94; Petrini p. 314 n. 6. Orelli 3045.

2 IVLIANO · C traditur. — 3 retinui id quod traditur S · C · LITIBVS punctis tantum deletis; cf. huius Corp. vol. X n. 211. 1249.